



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Pastorale Missionariorvm

Verjuys, Jean-Baptiste

Antverpiæ, 1682

10. An locus sacer violetur per sepulturam hæretici non denunicati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41565

hæreticos non denuntiatos in sepultura Ecclesiastica, seu in loco Sacro.

ARTICULUS X.

*An locus Sacer violetur per sepulturam
hæretici non denuntiati.*

QUOD per sepulturam hæreticorum locus sacer violetur seu polluatur, colligitur ex c. consuliisti de Consecr. ubi dicitur: *Cæmiteria in quibus Excommunicatorum corpora sepeliri contingit, reconcilianda erunt.* Quod tamen post decretum seu extravag. Martini V. non aliter intelligi debet quam de denuntiatis. Et sicut tenet Navar. lib. 5. de Hæret. consil. 10. ad 4 ubi ait: *Ratio quare per Excommunicati sepulturam Ecclesia execretur, & Missa & alia officia divina publicè ibi non debeant fieri, est illa, quod cui non communicamus vivo, non debemus communicare mortuo, ut habet prædictum c. *Sacris*, quæ ratio cum non habeat locum hodie per extravag ad evitanda, nisi in Excommunicatis denuntiatis, non habebit etiam locum in sepultura hæretici non denuntiati.* Hæc Navar. Idem sentiunt Layman lib. 5. tract. 5. c. 5. n. v. ubi citat Victoria, Suarez, Coninck & alios.

ARTI-